

Generaliter enim cuique licet contemnere, quæ pro se
indulta sunt. Et Constat. 2. tit. 4. ejusd. libri, quod,
si ante finem sententiæ Clericus provocaverit, multam
50. librarum argenti, in hoc adversus alios constituta-
tam, ab ipso fiscus non accipiat, sed pauperibus ero-
get. Constat. autem 7. ejusd. tit. quod in pecuniaris
dumtaxat inter consentientes, non autem etiam invi-
tos, efficaciter Episcopus judicet. Et Constat. viii. quod
Episcoporum judicium ratum sit inter eos, qui ipsos
elegerint, ac simile sit Praefectorum sententiis, a qui-
bus provocari non licet. Et Constat. xiii. quod actor
volens, & non etiam invitus, apud Episcopum Constan-
tinopolis, lite pulset oeconomicum, aut alios ejus Cleri-
cos, sive adversus ipsos, sive adversus Ecclesiam actio-
nem habet. Et xxix. Constitutio, nemo prima vice
apud Patriarcham, sed Episcopum suum, Clericum ac-
cusato. Si vero suspectum illum habeat, apud Metro-
politanum. Qui si quoque suspectus sit, oportet cum il-
lo judicare, loco totius Synodi, tres secundum ordi-
nationis ordinem primores: & si judicatis non acquie-
scatur, illius tractus Patriarcham advocari, atque tam-
quam ipse ab initio causam cognovisset, ejus judicatis
obtemperari. Cetera latine tantum, quum Græcus te-
xthus hoc loco exciderit. Balf. Schol. Græce. Constit. 50.
tit. 3. lib. i. Cod. est cap. 9. tit. 3. lib. 3. Basil. Illud ve-
ro Codicis, Generaliter enim licet cuique contemnere,
quæ pro se indulta sunt, in Basilicis non est positum.
Constat. 2. tit. 4. lib. i. Cod. non est in Basilic. neque
7. ejusd. lib. & tit. neque 8. neque xiii.

Ibid. Similiter lib. i. Constat. 41. quæ ait, quod uno-
quoque anno oeconomicus rationem administrationis suæ
reddat Episcopo. Constitutio vero 24. tit. 2. ejusd. li-
bri dicit, quod oeconomicus urbis Constantinopolitanæ,
singulis, aut sumnum alternis mensibus apud arcarios
rationes confidere oporteat; alioquin periclitetur. Balf.
Schol. Constat. 41. tit. 3. lib. i. Cod. non est posita in Ba-
sil. neque Constat. 24. tit. 2. ejusdem libri.

Cap. 2. Quales esse oporteat qui in judicio testi-
Lib. II. mo-